

rectè dici queat, *ὅτις ἀνιδίωτος, πάντως ἔ  
ἀνύπαρκτος.*

## II. DE INCARNATIONE VERBI.

49. *De altero primi capituli membro, nimirum  
Incarnatione Verbi, Ecclesiarum suarum Confes-  
sionem his verbis conceperunt Protestantes: Do-  
cent, quòd Verbum, hoc est, Filius DEI  
assumerit humanam naturam in utero be-  
atæ virginis Mariæ, ut sint duæ naturæ.  
divina & humana, in unitate personæ in-  
separabiliter conjunctæ, unus Christus,  
verè Deus, & verè homo.*

50. *Persona ergò Incarnata sive assumens, non  
est Pater, non Spiritus Sanctus: Sed solus Filius.  
secunda nimirum beatissimæ Trinitatis persona:  
vel quod idem est, Divina Essentia sive natura in  
Persona Filij Dei.*

Concil.  
Tolet. VI.  
cap. 1.

51. *Id quod Patres Concilij Toletani VI. haud  
ineptè explicarunt, dicentes: Solum Filium sus-  
cepisse naturam humanam in singularita-  
tem personæ, non in unitatem divinæ na-  
turæ: hoc est: Non ipsam Divinam Essentiam,  
quatenus communis ea est omnibus tribus perso-  
nis, sed personam Filij terminatam assumisse hu-  
manam naturam.*

EM